29.
28.

ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Amplissime Dn. Collega et Affinis optime,

Laborabant tuo opere de Campanis sententia. nunc illarum animos constituere ipsius libro. Tituli etiam omni coeperunt, & quemadmodum ex opere & tempore rationem duco, video fore ut ad quindenam aut plane tecta tuae aedes, aut inibi sint. Testudines a tuo cochlearum in morem sitientium, quib. de coelo nihil irroratur, vel, ut aut illi illiguntur, pluvias videntur expectare. Lente certe procedunt. Proximus vicinus tuus aeris sanitati litare cupiebat in aedib. suis pulvere tormentario, & fortuito mortem sibi conscivit. Non desunt qui ei inurunt notam quam meretur crimen illud cujus jam pridem fuit postulatus. Nimirum ad tutem partem sententia est suspicio. Ego servam alterutram nolo judicare. Domino suo stat aut cadit. Pedissequa Dnae Juniae Aerssen filiae peste laborat abductaq cum morbo, et ut volunt cum ipsa morte luctatur in horto pedis nri. De Apollini sacro animali ne quid quidem abs te intelligimus. Βοῦς σοι ἐπὶ γλώσσῃ! Dn. Ryboltius tibi commendavit Ignatium suum ad Quaesturam Bevordensem & a me petiit ut te hujus monerem, nisi promissus esses alteri favere. quod jussus facio hac salutari clausula nisi Suevi nostri amor impediat. Hoc tu videris. Ita vale atq salve cum uxore tua lectissima & liberis nostro socio amore

Tuus in aeternum
noster,
D. de Wilhem

9 Novemb. 1635. Hagae.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1286

Ill^{mi} D^{no} de
Zuylechem

BIBL.
LUGD. BAT.
ACAD.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1286